

Unterzeichnete zu vergleichen Gelegenheit hatte, worin jener Zusaß vom Herzog v. Kärnten sich findet. Von einer ähnlichen Handschrift geben noch Nachricht Senkenberg *Visiones de Collect Legg. German. Lips. 1765, pag. 86. §. XXXVIII*, woselbst ein Codex Biberacensis aut Carinthiacus sæc. XIV incunus, chartaceus erwähnt ist, von dem Bürgermeister Dolp(ius) von Nördlingen an Senkenberg geschenkt. Er ist klein Folio wie obiger in St. Gallen, hat aber nur noch 43 Blätter, wogegen der St. Galler Codex 181 Blätter enthält. Auch die geschichtliche Einleitung von der Stadt Troja etc. findet sich im Biberacher Codex. Der Paragraph vom Herzog von Kärnten ist daraus abgedruckt in des obgedachten Schröters Abhandlungen aus dem österr. Reichs. Staatsrechte. Wien 1762. Abhandl. II, S. 350, wohin auch die Senkenbergischen Visionen verweisen. Dieser Abdruck ist mit dem St. Codex im Ganzen sehr übereinstimmend, in der Sprache etwas neuer, in der Fassung etwas kürzer, ersteres vielleicht durch die Senkenbergische Abschrift — herabgekommen findet sich nicht mehr, wohl aber hant statt hat — aber ain velis veltfärit — statt blos veld pfärit und „iren windischen laissen das ist ir windisch gesang.“ — Besonders ins Undeutliche verkürzt sind die Spruchformeln am Schlusse. — Wenn nun Senkenberg diesen seinen Codex in den Anfang des 14ten Jahrhunderts setzt, so dürfte immerhin auch jener von St. Gallen älter seyn als oben angenommen.

Sigmaringen.

Friedr. v. Laspberg.

Literatur und Sprache.

I. Zeugnisse für die deutsche Heldensage.

Wie manches auch dafür gesammelt ist, so darf man doch die Quellen nicht für erschöpft und daher auch die Untersuchung nicht für abgeschlossen halten. Ich fahre deshalb fort, von Zeit zu Zeit neue Beiträge zu geben.

Nibelung. S. meine Unters. zur Heldensage S. 9, Anzeiger IV. S. 411. Bernhart Nibelung zu Kronau, v. 1464. Lib. secret. Matth. ep. fol. 22 zu Karlsruhe. — Hans Nybel, Erhart Nybell und Nybels zu Waiblingen, v. 1464. ibid. fol. 62. Claus Nibel daselbst. Teutschord. Zinsbuch v. 1381. — Jost Nibelung zu Mailammer im baier. Rhein-

freis, v. 1464. ibid. fol. 72. — III id. oct. ob. Gysela relicta quondam Nybelungi dicti Atzenhuser. 14 sec. Necrolog. Spir. vet. ms. Dieses Geschlecht ist bereits in meinen Quellen etc. I. 26. zu Neustadt und Deidesheim nachgewiesen. — Nybelung von Flersheim, in einer Urkunde von 1359. Im Titel und Register heißt er Nibelung. Pfälz. Copialbuch Nr. 61, fol. 194, im Karlsruher Archiv. — Jost Nibelung und Hans Nibelung zu Mailammer, von 1481, in einem Speier. Zinsbuch. — Coram domno Neulungo majore praeposito. Urkunde von Worms (Warmacia) v. 1223, im Karlsruher Archiv. Ist schon in meinen Quellen etc. I. 25, aber nicht in dieser Namensform angeführt. De domo et area quondam Drudelmanni, quam nunc inhabitat Nibelungus caupo. Necrol. Spir. vet. ad XVII Kal. Jan. fol. 129. — Zu Nördlingen im Breisgau, aus einem Güterbuch von Schutter, von 1328. Gret Nüblingen, fol. 8. Nüblingen, fol. 10. Matheus Nübling, fol. 9. Nibling, fol. 8. Elß Nüblingen, fol. 11. Elß Nübling, fol. 14. — Hans Nibelin zu Bollmatingen. Reichenan. Renov. v. 1537. — Nibelungs wise zu S. Ilgen bei Bischof. Schönauser Renov. 1559. 1570. — Bt Nibler zu Durlach, Zinsbuch von 1532, fol. 24. — Der Probst H. zu Herdt bei Speier sagt in einer Urkunde (sec. XIII. med.): fratris mei Nibelungi. — Nibelungus filius Johannis zu Fischlingen in Rheinbaiern. Urkunde des Cuno v. Kirwiler 1297. — Ursio filius Nevelonis 1107. Mabillon acta SS. ord. s. Bened. V. p. 766.

Ergebnis. Aus den bisherigen Zeugnissen ist ersichtlich, daß am Oberrhein Nibelung bis zur Mitte des 14ten Jahrhunderts als Vornamen gebraucht wurde. In der zweiten Hälfte desselben Jahrhunderts machte man ihn allmählig zum Geschlechtsnamen, was er seit dem Anfang des 15ten Jahrhunderts geblieben ist.

Sigfrid und Dieterich. In der Bemerkung zu Neusatz bei Achern wird erwähnt ein „Syfrids weg und Dieterichs greben.“ Bühler Amtsverneuerung von 1533, fol. 169. 170. Möglic, daß diese Namen, ihrer Zusammenstellung wegen, mit Rücksicht auf die Sage gegeben wurden.

Kesselring. In Speier gab es eine curia zum Kesselringe, und ein domus bi dem Kesselringe. Necrol. Spir. vet. fol. 156. 270. Ein Geschlecht von Kesselring kommt in Oberelsaß in Urkunden vom 15ten bis 17ten Jahrhundert vor.

Lurlenberg. Ein Haus zu Speier „dicta Lurlenberg“. 14 sec. Necrol. Spir. vet. fol. 46. Gotzo dictus Lurlenberg zu Speier. Urkunde von 1339. — marca Lurlung und Lurlingero 824. Schann. tradd. Fuld. p. 148. Der Lurenbrunnen zu Neunkirchen. Heidelb. Zinsb. 15 sec. fol. 163. — Unter dem Lurdborn zu Ottersweier, Zinsbuch v. 1373.

Rosengarten. Zu Neuenheim bei Heidelberg werden erwähnt: garten im rosengarten. Schönauer Renov. von 1559. Fol. 15. — Cunzel Rosengart zu Reimen, als Geschlechtsnamen, Teutschord. Zinsbuch von Weinheim, v. 1381. — Gog Rosengarte zu Weinsberg. Zinsb. v. 1477. — Ein Feld zu Malterdingen hieß auch der frone garte. Thennebach. Zinsb. v. 1341. — Zu Durlach wird im Zinsbuch von 1532, Fol. 18, der Rosgarten erwähnt, d. i. der Rosengarten, der Schreibung nach aber Pferdgarten. Obgleich mir keine Pferdärten im Alterthum bekannt sind, sondern nur Roswäiden, so habe ich doch die Rosgärten, die an manchen Orten vorkommen (zu Grödingen ein Rosgarten 1532 u.), nicht unter den Zeugnissen für den Rosengarten aufgeführt.

Drache. hinter dem wurmenberg zu Bankolzheim. Const. Güterb. von 1464. Er heißt auch wormenberg und wormmenberg. — Die sintburg zu Weilheim. Güterb. von S. Peter. 15 sec. — warmberg zu Billingen (wormberg?). Thenneb. Zinsb. 1341. — Weingärten im Drachenstein zu Weinheim. Zinsb. 1599. — In Lehmann's gesch. Gemäld. des bair. Rheinkreises II, 267 ist der Drachenstein und das Drachensloch im Dürkheimer Thale beschrieben, und Lehmann nimmt diese Stätte geradezu für die Heldensage in Anspruch. Hätte er die Volksage getreu mitgetheilt, so könnte man darüber zur Gewissheit kommen. Es ist allerdings höchst wahrscheinlich, daß die Rheinländer die Sage an jenen Drachenstein geknüpft haben. Ein Geschlecht von Drachensfels kommt seit dem 13ten Jahrhundert im Rheinkreis vor. — Zu Arzheim bei Landau: drache apud drachensburne, Urkunde v. 1297.

Gort. goltbüchel zu Gottmadingen. Const. Güterb. 1464. — goltthalbe zu Herbolzheim. Thenneb. Zinsb. 1341. — goltbüchel zu Dffingen. Const. Zehentb. 1383. — Die goltburg zu Ampringen, die goltgasse zu Schallstadt. S. Peter Güterb. 15 sec. — goldenbüchel zu Billingen. Thennebach. Zinsb. 1341. — goltberg zu Untertürkheim 1344. — goldbüchel zu Kirchheim. Schönauer Renov. 1570. — clivus goltcelinge bei Würzburg. 1098. Schann. vind. litt. I, 55.

Bitterolf. Jakob Bitterolf (auch Bietterolph) zu Weinheim. Weinh. Zinsb. von 1599. p. 118. — Dictus Bitterolf de Frankenwile in Rheinbaiern, Sifridus dictus Byt der off (sic), daselbst. Urkunde von 1315. H. Bitterolf, Johann Bitterolf, H. Bitterolf zu Frankweiler. Urkunde von 1330.

Grimhilt. Chrimhilda, nobilis in Prixina, 996. Resch. annal. eccles. Sabion. sive Brixia. II, p. 675. — Grimhilt 9 sec. in Regensburg. Pez thesaur. I. 2. p. 89.

Gibelin. Cunradus Gybeling, Bürger zu Speier, Urkunde von 1310. — Gobelo Sutor zu Worms. Urkunde

von 1357. — Gobelinus de Ervethe, 1304. Kindlinger Münst. Beitr. III, 280.

Riesen. Pfälz. Hf. 348. Str. 287. 288.
geselle mein, sagstu von einem türsen?
ich sprich von der minn, frawe,
und nicht von den rechen.

Scroth von 833. Pez thesaur. I. 2. p. 245. — Schrut um 1190. ib. III. 3. p. 802.

Mime. Cuni Mimming auch Minnung zu Tegerfeld bei Klingnau. Bürgi Minnung, daselbst. im Minnenlo, das. Klingnauer Zinsb. 15tes Jahrhundert. Fol. 78. 82. 83.

Eigenot. Peter und Hensel Eigennot, 15tes Jahrhundert. Petter Sygnott und Enderich Syegnot von 1484. Alle zu Schriesheim bei Heidelberg. Aus einem Zinsbuch des 15ten Jahrhunderts.

Widolf. Heinrich und Brecht Wydolf zu Medesheim bei Sinsheim. Zinsb. von 1494. — Widolfus 1127. Kindlinger Münst. Beitr. III, 11. — Vuitoldus 9 sec. Pez thes. I, 2. 232. — Heinz Wydolf zu Waibstadt. Lib. secret. Matth. ep. von 1464. Fol. 61. — Hans Weydolf zu Pfedersheim. Schönau. Renov. von 1559. Hans Weydolf zu Ladenburg ibid. fol. 131.

Vasolt. Henne Vasult, auch Vasulht, zu Ingelheim von 1385 — 87. Pfälz. Copialbuch Nr. 65 zu Karlsruhe. — Vasolt gut zu Baldkirch. Zinsbuch des 13ten Jahrhunderts.

Dieterich. Dieterich Berner zu Gerbersweiler im Elsaß 1328. Schwarz. Buch von Beuggen Fol. 237.

Wolfdieterich. Wolsdietrich von Hornburg zu Gengenbach. Ortenauer Gefällb. von 1597.

Harlungen. 1 morgen in der Harlunge, zu Königsbach in Rheinbaiern von 1368. Copialbuch des Speier. Domkap. I, 69. — Herilunc um 870 in Regensburg. Pez thes. I. 2. p. 249.

Nudung. am Nüdung, Feld bei Weinheim. Teutschord. Zinsb. v. 1381. Wahrscheinlich von einem Eigenthümer genannt. Gehört dazu der Namen Cünze Nürung zu Ruffloch? ibid. — Nötting, Nötging Feld zu Oberschaffhausen. Thenneb. Zinsb. 1341. Wol auch von einem Eigennamen. Kommt auch in andern Orten vor. — Nudung von Hankening um 1183. Pez thes. I. 2. p. 168.

Wasichenstein. Ditterich v. Waschestein in einer Urkunde von Landau v. 1303. — niden an den von Waschenstein zu Frankolsheim im Unter-Elsaß 1373. Schwarz. Copialbuch II, 230.

Wölffing. Johannes miles dictus de Wulvinge. 1269. v. Spilcker Gesch. der Grav. v. Everstein. Urkunden

p. 150. — Vulphingus camerarius Otakeri ducis Styriensis um 1190. *Pez thesaur.* III, 3. p. 758. Wulphinus de Chaphenberch um 1185. *ibid.* 761. — Vulphing de Chaphenberch, Vulphing de Stubenberch um 1180. *ibid.* 765. — Wulphingus de Puhil, Willingus servus Offonis um 1198. *ibid.* 787. — Otto filius Willingi um 1160. *ibid.* 776.

M.

II. Die Sage vom Amelius und Amicus.

1. Der ursprüngliche lateinische Text.

Vincenz von Beauvais hat diese Sage in sein *Speculum historiale* lib. XXIV. cap. 162 flg. aufgenommen, und ist die Quelle der meisten späteren Schriftsteller geworden. Die Erzählung erhielt in der Heiligengeschichte einige Beachtung, weil die beiden Freunde in die Martyrologien eingetragen und in der Lombardei zu Novara, Mortaria und Mailand in besonderen Kirchen als Heilige verehrt wurden. Das veranlaßte eine kritische Untersuchung ihres Lebens durch Anselm Berthod in den *Actis SS. Bolland.* Octob. tom. VI. p. 124 flg., welcher das Nöthige anführte, um sowohl die geschichtlichen Unwahrheiten ihrer Sage zu beweisen als auch die Heiligkeit der beiden Freunde zu verwerfen. Der Theolog hatte damit seine Pflicht erfüllt, der Literaturhistoriker betrachtet die Sage aus einem andern Gesichtspunkt.

Berthod besaß 2 Abschriften des Lebens vom Amelius und Amicus, eine e vetustissimo monasterii Sithiensis codice, die andere e codice monasterii Rubicavallis. Dieß wird Rodendael bei Brüssel seyn, und die Handschrift mag sich in der Burgundischen Bibliothek zu Brüssel befinden; in S. Omer habe ich aus der Handschrift von S. Bertin, Nr. 776, des 13. Jahrhunderts, den unten folgenden Text abgeschrieben. Das ist freilich kein vetustissimus codex, allein Berthod sagt auch nicht, daß er die Handschrift gesehen, die damals, als der letzte Band der Bollandisten erschien, schon wieder in S. Bertin war. Nun versichert er aber S. 126 von seinen Abschriften: ab editis non differunt. Diese edita sind Vincenz von Beauvais und die ihm folgen. Es kam also darauf an, meine Abschrift mit Vincenz zu vergleichen, um zu sehen, ob sie wie die Abschriften Berthod's mit demselben völlig übereinstimme. Ich wälte zur Vergleichung nicht die alte Ausgabe des Vincenz, sondern eine Salmansweiler Pergamenthandschrift des 14ten Jahrhunderts zu Heidelberg, in der Unterstellung, einen besseren Text zu haben. Es ergab sich, daß Vincenz einen Text zu Grunde gelegt, der höchst wahrscheinlich derselbe war, den ich unten mittheile, daß er ihn aber sehr stark abgefürzt und dadurch verdorben hat. Veränderung einzelner

Worte und Sätze bringe ich nicht in Anschlaß, wenn sie das Wesen des alten Textes beibehält, dagegen ist in den Anmerkungen gesagt, 1) wo Vincenz wesentliche Bestimmungen ausgelassen, 2) wo er die epische Form der alten Erzählung zerstört, 3) wo er durch Weglassung den Zusammenhang verlegt, und 4) wo er den Charakter der Legende verwischt hat. Auch sind einige Lesarten aus seinem Texte bemerkt, was nöthig schien, weil ich für die ältere Abfassung nur eine Handschrift benutzen konnte.

Aus diesen Gründen habe ich folgende Sage mitgetheilt, die Berthod für seinen Zweck mit Recht ungedruckt ließ, gleichviel, ob seine Handschriften mit Vincenz übereinstimmen, wie er behauptet, oder weil der Inhalt der Sage dem Theologen anstößig ist, was er durch seine Worte zu verstehen gab: mitto alia commenta, quibus scatent.

Ueber das Alter der vita Amelii et Amici wußte Berthod keine Auskunft. Da der Bischof Albinus von Angers darin besonders berücksichtigt ist, so scheint dieß nur für die Heimat der Abfassung einen Wink zu geben.

Incipit vita Amici et Amelii carissimorum.

(cf. Vincent. Bellov. spec. hist. lib. XXIV. cap. 162.)
Temporibus Pipini regis Francorum quidam puer in Berlicano ortus est castro, patre theutonico, ¹⁾ egregiae nobilitatis et magnae sanctitatis viro. parentes itaque ejus, quia illis unicus erat, votum ²⁾ deo et beatis apostolis Petro et Paulo voverunt, quod illum ad lavacrum baptismi suscipiendum Romam deferrent, si deus ei sua gratia vitam protenderet. Eisdem vero temporibus Alvernensi comiti talis in somnis apparuit visio ³⁾ uxore ejus praegnanante. videbatur enim sibi, quod Alvernensis in suo palatio Romanus pontifex multos pueros baptizabat et sancto crismate confirmabat, comes autem expergefactus admirans et mente revolvens, quid portenderet visio, suis fidelibus sapientibus eam aperuit et interpretari obsecravit. tunc quidam venerandus senex, divino consilio monitus dixit: „laetare comes, laetare mi domine, quia magnae probitatis atque sanctitatis nasciturus est tibi filius, quem divina consulente providentia ad limina apostolorum facies deferre et per manus summi pontificis lavacrum regene-

1) Diese Volksangabe fehlt bei Vincenz von Beauvais.

2) Das Gelübde hat Vincenz ausgelassen.

3) Der Traum fehlt bei B.

rationis accipere.“ Comes autem gavisus consilium serius cum ceteris approbavit. Ortus est itaque puer et summa diligentia nutritus. Dum vero aliquantulum post biennium juxta propositum desiderium pater illum Romam deferret, Lucam civitatem pervenit, ubi quendam nobilem virum, natione Theutonicum, sed possessione Francum, ¹⁾ dei dispositione invenit, qui cum parvulo filio ad limina apostolorum similiter festinabat ibique eum sacri baptismatis fonte lavari cupiebat. cumque mutuo se salutassent, quærentes unde essent, aut qui essent, congruis colloquiis alterutrum responderunt, et invicem familiaritate firmata, deinceps gradientibus una Romam ingressi sunt. sed o ineffabilem societatem, quam inter parvulos cerneretis et utriusque voluntatis identitatem. unus namque sine alio cibum et nisi ejusdem fere modi volebat accipere, neque uti requie somni nisi in eodem cubiculo. Taliter ante conspectum Romani pontificis, nomine Deusdedit, parentes eos detulerunt atque dixerunt; ²⁾ „domine pater, sanctissimum quem scimus et credimus beati Petri apostolorum principis vicem gerere, Alvernensis comes et inclitus miles Bericani castri tuæ sanctitatis clementiam exorant, quatinus eorum filios aqua sacri baptismatis digneris lavare et insuper munera licet qualiacumque, sed ex intima cordis affectione prolata, de manibus illorum velis accipere.“ Ad hæc sanctus respondens ait: „munera vestra mihi quidem sunt acceptabilia, sed minime necessaria: erogate illa pauperibus, quibus illa magis utilia esse noveritis. vestræ autem primæ petitioni licet peccator satisfaciens parvulis sacramentum baptismatis dabo, quos pater et filius misericordia sua conservet et spiritus utriusque ad amorem totius sanctæ trinitatis inflammet.“ Igitur secundum tempus in basilica s. Salvatoris cathezizatis parvulis filio comitis imponens nomen Amelius et militis filio Amicus, lavacrum baptismi donavit, quos multi militum Romanorum cum magno gaudio et animi alacritate, ut deus volebat, de fonte susceperunt. Post expletum vero sacræ regenerationis officium duos ciphos ligneos, compositos auro et gemmis, Romanus pontifex, vir venerandæ sanctitatis, jussit afferi, pari amplitudine, pari magnitudine et pari arte ³⁾ factos deditque illis dicens: „accipite hoc donum, quod in æternum sit vobis in testimonium, quia ego in basilicas, Salvatoris vos baptizavi.“ quibus gratuito acceptis et multimodis redditus gratibus gaudentes et exultantes ad propria sunt reversi. Adultum vero Bericanum puerum tanta sapientia omnipotens deus decoravit, ut illum

quasi alterum Salomonem crederes, quæm, cum esset annorum triginta, pater ejus jam senex febrium languore correptus tali admonitione præmonuit dicens: „audi fili carissime, audi fili dulcissime, jam enim tempus instat, ut communem legem humanæ naturæ persolvam et tuo arbitrio te relinquam, memento fili præcipue mandata dei custodire, militiam Christi exercere, fidem dominis servare, auxilium sociis et amicis tribuere; viduas et orphanos defende, miseros tribulatos necessitatem patientes subleva atque ultimum diem semper in memoria habe. præterea societatem et amicitiam filii Alvernensis comitis nullo modo oblivioni tradere velis: eadem namque die Romanus pontifex vobis baptismum tradidit, eodem munere utrumque honoravit: pares estis forma, statura aequali et, si comitum prosapia ut ille præditus esses, fratres videremini.“ Talibus itaque finitis verbis post susceptam eucharistiam senex migravit ad dominum, cujus corpus, ut decuit, debitis exequiis honoratum filius tradidit sepulturae. mox autem, ut solet fieri, maligni et iniqui Bericano juveni coeperunt invidere, multas ei injurias et dolos atque insidias latenter parare, at ipse omnes amabat et illatas injurias patienter tolerabat, quid dicam, adeo contra eum crevit impiorum iniquitas, quod eum pro dolor a dilecto paternæ hereditatis castro cum tota ejus familia expulit. Tunc patris mandatorum recordans decem servis suis eum sequentibus dixit: „nobis o socii impiorum adversatur nequitia et a nostra nostrorumque parentum patria expulit, sed spero, quod deus sua misericordia nobis faciet succedere prospera; festinemus ad curiam comitis Amelii mihi societate et amicitia juncti, fortasse nos possessione et suis donis ditabit, sin autem, ibimus ad Hildegardem reginam, Karoli regis Francorum uxorem, quæ ejectis consulere semper consuevit.“ Responderunt ei omnes dicentes: „parati sumus te sequi et in omnibus obedire.“ deinde iter arripientes pervenerunt ad curiam comitis. Comes autem Bericum perrexerat visitare Amicum socium suum, cujus patrem defunctum fuisse audierat, quem cum non invenisset, tristis discessit, proposuit ergo se propriæ possessionis patriam non rediturum, nisi prius invenisset Amicum sapientem et inclitum militem, quaerit autem illum per Galliae et Frantiae loca, quaerit et per Theutonicam terram, ubi consanguineos ejus audierat esse, nec ullam certitudinem de illo meruit audire. ¹⁾ sed et Amicus comitem cum suis quaerere non cessabat, donec apud quendam nobilem virum hospitati, sunt, illis recitantibus ordine quo contigerant infortunia, sic locutus est nobilis ille: „mecum manete, milites carissimi, filiam meam tradam domino vestro, cujus prudentiae

¹⁾ Auch hier fehlt die Nationalbeziehung bei B.

²⁾ Das Gespräch hat B. nicht.

³⁾ B. hat nur pari amplit.

¹⁾ Den ganzen Satz von quaerit autem bis audire hat B. weggelassen.

et sapientiae famam audivi, vos autem possessione auri et argenti ditabo." Placuit illis hic sermo et celebraverunt nuptias cum magno gaudio.

(Cap. 163.) Post annum vero et dimidium ibi transactum dixit Amicus inclitus miles decem servis suis: „fecimus quod non debuimus, dum Amelium comitem quaerere destitimus." et relictis ibi duobus de servis cum cippo, quem a die baptismatis habuit, ¹⁾ Parisius festinavit. At comes jam per biennium incessanter Amicum quaesierat. ²⁾ Dum autem appropinquaret Parisius, invenit quendam peregrinum, quem interrogavit sicut plerosque solebat, si vidisset Amicum Bericanum militem expulsus a patria? at ille dixit, se nunquam illum vidisse. tunc comes abstraxit tunicam deditque ei dicens: „intercede pro me ad deum et sanctos ejus, ut det mihi sua misericordia inclitum invenire Amicum et meo labori, quem jam biennio patior, finem imponere." Sic comes Amelius curiam regis Karoli intravit nec tamen ibi Amicum reperit. Peregrinus vero iter suum faciens circa horam vespertinam invenit Amicum, et invicem salutatione reddita dixit Amicus: „peregrine, serve dei, a te cupio doceri, si de Amelio filio Alvernensis comitis, ubi terrarum fuerit, audisti." mox peregrinus admirans respondit: „quis tu o miles, qui me deludis peregrinum? tu quidem videris esse Amelius Alvernensis comitis filius ut dixisti, qui hodie a me quaesisti, si Amicum Bericanum militem vidissem. nescio quare tu mutasti vestimenta, socios et equos et arma, et quaeris, quod hodie sciscitatus es, quando hora tertia hanc dedisti mihi tunicam." cui Amicus ait: „noli commoveri, frater carissime, ego enim non sum ut credis Alvernensis comitis filius, sed Amicus Bericanus miles, qui cum non cesso quaerere, horum denariorum elemosinam benignus accipe et tuis orationibus ad deum intercede, ut Amelium reperire mihi dignetur concedere." tunc peregrinus accepta misericordia respondit dicens: „festina miles Parisius, ibi spero invenies, quem tam desideranter quaeris." Festinans igitur Amicus secutus est eum, altera ergo die Amelius jam a Parisius discesserat ³⁾ et juxta Sequanam fluvium in prato quodam florido cum suis militibus comedebat, qui cum vidissent Bericanos armatos venientes, festinanter surrexerunt et arreptis armis obviam cucurrerunt, at vero Bericanus miles eos jam conspexerat et alacriter suos allocutus erat: „Parisianos, socii, milites videmus, qui sunt fortes et inexpugnabiles, animos erigite, fortiter pugnate vitamque vestram viriliter defen-

dite; si enim hoc periculum poterimus evadere, cum magno gaudio ibimus Parisius et in regali curia magnifice recepti erimus." Laxatis igitur frenis utrinque concurrunt, hastas erigunt, enses evaginant, ita ut nullum crederes de istis mortis evadere periculum. sed omnipotens deus, qui cuncta novit pro voluntate sua disponere, in prima fronte utramque partem resistere fecit, tunc Bericanus miles ait: „unde estis milites fortissimi, qui Amicum exulem cum suis sociis vultis interficere?" ad hanc vocem Amelius pallidus obstupuit et Amicum inclitum militem agnovit, cui comes ait: „Amice carissime et o requies mei laboris, ego sum ille tuus socius, cui nomen Amelius, filius Alvernensis comitis, qui te exulem quaerendo jam biennio non quievi." mox illi de equis descendentes invicem stringuntur amplexibus, oscula sumunt, gaudio exultant et de tam improvisa laetitia deo gratias referunt, tunc super Amelii ense, ubi erant sanctorum reliquiae, utrique ⁴⁾ fidem inter se sponderunt et ad curiam regis Karoli simul regrediuntur, ubi cerneret juvenes moderatos, sapientes, pulcherrimos, pares uno cultu et eodem vultu, ab omnibus dilectos et ab omnibus honoratos. ²⁾ quid referam? factus est Amicus thesaurarius regis et Amelius dapifer.

(Cap. 164.) Jam vero triennio transacto sic Amicus loquitur Amelio: „o sodalis carissime, solatium vitae meae, uxorem meam desidero videre, quam fere jam duobus annis dimisi et quam citius potero redibo, tu autem in curia manebis, sed cave tibi a filia regis et maxime a nequissimi comitis Arderici fallaci amicitia." cui comes Amelius respondit: „pro tua jussione mihi cavebo, sed tuum reditum festinum fieri exoro." sicque miles inclitus discessit. comes vero Amelius super regis filiam oculos injectit et eam quam cito potuit oppressit, sed heu, ubi sunt Amici fidelissimi monita, quae in arcano pectoris Amelii deberent vigilanter permanere et stultam voluntatem ejus reprimere? nec tamen iste casus multum videatur extraneus, cum nec David sanctior nec Salomone sapientior aliquis regnavit. ³⁾ Interea delator Ardericus, qui iniquitate gaudebat et omni probitati invidebat, taliter Amelium alloquitur: „nescis comes, nescis carissime, Amicum regis thesaurum furatum esse et ob hanc causam fugam arripuisse. nunc autem ini mecum foedus amicitiae et meam fidem et inconvulsam societatem ⁴⁾ super sanctorum reliquias sine mora accipe."

1) Die Worte von relictis bis habuit fehlen in B.

2) Der Satz von at bis quaesierat fehlt bei B., daher paßt das Folgende nicht.

3) Den Umstand der Wiederabreise hat B. nicht.

1) Die Worte von tunc bis utrique fehlen bei B.

2) Der Satz von cerneret bis honoratos steht bei B. nach dapifer.

3) Der Satz von sed heu bis regnavit hat B. nicht. Die Legende will damit die Heiligkeit des Amelii retten.

4) et incolv. soc. fehlt bei B.

igitur jure jurando facto ab utroque¹⁾ comes Amelius iniquo Arderico sua secreta fideliter pandere non timuit. dum enim²⁾ die quadam Amellus ante regem staret, ut aquam manibus illius praeberet, impius Ardericus sic regi locutus est: „noli rex accipere aquam de manu scelerati hominis, qui magis dignus est morte quam honore, quia reginae, filiae tuae, florem virginitatis abstulit.“ Ad haec comes Amelius tremens cecidit³⁾ et stupidus nihil respondit. tunc rex benignus illum levavit et dixit ei: „surge Ameli, ne timeas, sed viriliter ab hac infamia te defende.“ tunc surgens Amellus dixit: „noli justissime rex mendacibus verbis Alderici⁴⁾ delatoris credere, qui habenas justitiae dirigit nec amore vel odio eas a recto itinere flectis. rogo ut spatium consilii mihi concedere velis, ut ante tuum conspectum de hac infamia cum delatore Arderico duellum faciam et cum prorsus mentitum esse, undique astante curia convincam.“ tunc rex dixit: „uterque vestrum suum quaerat consilium et ad curiam post nonam festinus redeat.“ igitur in constituto termino uterque ante conspectum regis astitit. Ardericus vero Herbertum comitem secum habuit, comes autem Amellus ab omnibus relictus de absentia Amici sapientissimi suspirans valde contristatus doluit.⁵⁾ tunc pia regina Hildegardis comitis Amelii causam tuendam suscepit. impetravit itaque spatium consilii comiti Amelio, tali lege se constringens, quod nisi praefixo termino ad curiam reversus foret, amplius ad regalem ipsa thorum non auderet accedere.⁶⁾ Dum vero Amellus consilium quaerere festinat, Amieum ad regis curiam redeuntem invenit, cui prostratus ad pedes dixit: „o unica spes meae salutis, heu mihi, fidem meam male servavi, quia crimen de filia regis incurri atque ante conspectum illius cum falso Hilderico⁷⁾ duellum statui.“ at ille suspirans ait illi: „hic socios dimittamus et secreta nemoris hujus ingrediamur.“⁸⁾ ubi dum duriter in eum increpasset, hoc dedit illi consilium ab arcano sapientis pectoris prolatum: „commutemus vestimenta et equos et ad domum meam proficiscere sine mora, et cum proditore comite pro te deo adjuvante bellum faciam.“ cui comes Amellus respondit: „quomodo ad domum tuam proficiscar, qui uxorem et familiam tuam non novi neque illorum faciem vidi?“ respondit Amicus: „secure ad domum meam perge et quae sit familia atque uxor mea, prudenter quaere.“⁹⁾ sed cave ne ullo modo

tangas uxorem meam, tunc utrique flentes discesserunt. abiit autem Amicus ad regis curiam sub specie Amelii, Amellus vero ad domum socii sub specie Amici. At uxor Amici, ut vidit Amellum comitem, credens suum esse virum more solito amplectens illum oscula ei praeberere voluit, cui ille dixit: „recede a me mulier, quia instat mihi tempus flendi et non gaudendi. ex quo enim a te discessi, multa passus sum adversa et adhuc multa restant perferenda.“ In nocte autem cum eundem intrassent lectum, ense inter se et ipsam posuit dicens: „vide ne mihi aliquo modo appropinques, quia statim hoc ense morieris.“ et sic reliquas duxerunt noctes, donec Amicus ex improvviso rediit, volens experiri, si ei fidem de uxore sibi commissa servasset.¹⁾ Jam vero advenerat statutus terminus et Amellum, qui non redierat, tremebunda regina exspectabat. at delator Ardericus, cui cuncta post regem famulabantur, omnibus palam dicebat, quod regina ad regalem thorum amplius non debebat accedere, quae filiam regis comiti Amelio permisit violare.²⁾ interea ecce Amicus indutus socii vestimentis hora quasi sexta rediit et ante conspectum regis ingrediens sic eum alloquitur: „mitissime rex, qui lapsos erigis et innocentes defendis, ego paratus sum cum falso Alderico bellum facere et piam reginam ejusque filiam atque me ipsum ab infamia, quam nobis imponit, defendere.“³⁾ tunc rex benigne respondens dixit illi: „noli comes timere, quia si victor fueris, eandem filiam meam nomine Belixendam pro uxore tibi tradam.“ mane autem facto prima hora diei Ardericus atque Amicus armati in campum exeunt, astante rege et tota Parisiana gente. at regina piissima cum virginum et viduarum atque conjugatarum multitudine ecclesias sanctas frequentare non cessabat ibique orando multas effundebat lacrimas muneribusque altaria honorando et luminaria multa accendendo, tunc Amicus coepit rogare intra se dicens: „heu mihi, qui mortem hujus comitis tam fraudulenter cupio, scio namque, quod si illum interfecero, reus ero ante supernum judicem, si vero vitam meam tulerit, de me semper opprobrium narrabitur perpetuum.“⁴⁾ post haec autem Ardericum sic alloquitur: „o comes, inquit, nimis stultum accepisti consilium, quod meam mortem tam ardentem appetis et vitam tuam mortis periculo tam imprudenter committis. quod si falsum crimen, quod mihi

1) Den wechselseitigen Eid erwähnt B. nicht.

2) B. ergo, ist besser. — 3) cecidit fehlt bei B. — 4) Ard. B.

5) Der Satz von tunc rex bis doluit fehlt bei B.

6) Die Worte von impetravit bis acced. fehlen. — 7) Ard. B.

8) fehlt von at ille bis ingred.

9) Der Satz von cui bis quaere fehlt.

1) Die Rückkunft zur Prüfung hat B. nicht, sondern sagt nur: donec Amicus rediit. Das paßt nicht zum nachfolgenden Texte.

2) Die Worte von jam bis violare fehlen bei B.

3) Die Worte von hora bis defendere fehlen, dafür steht: ad regem ingrediens se contra Ardericum pro infamia pugnaturum obtulit.

4) Die Worte at reg. bis acced. fehlen, die Gewissensfragen sind in conscientiam suam timens zusammen gezogen.

imponis, velles refellere et duellum exitiale prorsus dimittere, meam semper amicitiam atque servitium posses habere.“ ad hæc Ardericus furibundus respondit: „nec tuam volo amicitiam neque servitium, sed veritatem rei, sicut se habet, coram omnibus jurabo tuum caput auferre desiderans.“ jurat itaque Ardericus hunc filiam regis oppressisse, jurat et Amicus Ardericum mentitum esse. deinde concurrunt. ab hora autem diei tertia usque in quintam certantibus illis victus est Ardericus delator implissimus, et amputavit Amicus caput ejus. Rex vero dolens, quia Ardericum amiserat, ¹⁾ et gaudens de unica filia, quam ab infamia Amicus deo juvante liberaverat, placuit illi, ut cum magna familia copiaque auri et argenti Amico inclito militi et sapientissimo eam in uxorem traderet, deditque illis quandam juxta mare ²⁾ civitatem præcipiens eis, ut ibidem habitarent. Amicus autem gaudens eam suscepit et postea ad domum suam, ubi erat comes Amelius, quam citius potuit festinavit. quem ut vidit Amelius venientem cum exercitu, fugam arripuit putans Amicum fuisse devictum. Amicus vero post illum mittens dicit: „noli comes aufugere, sed festina ad me redire.“ ³⁾ de Arderico namque proditore te vindicavi et filiam regis tibi desponsavi.“ quam rever-sus comes Amelius accepit et in memorata civitate cum uxore sua deinceps habitavit.

(Cap. 165.) Amicum vero cum uxore sua manentem percussit deus morbo lepræ, ita ut de lecto surgere non posset, juxta quod scriptum est: omnem filium, quem deus recipit, corripit, flagellat et castigat. tunc uxor ejus Thobias ⁴⁾ nomine ita illum exosum habuit, quod multotiens eum suffocare voluit. Amicus vero Azonem et Horatum ⁵⁾ servos suos ad se vocavit et dixit eis: „tollite me cito de manibus nequissimæ uxoris meæ, ciphumque meum latenter accipite et ad Bericanum castrum me portate.“ cum autem castello appropinquassent, turba obvia quæsit dicens: „quis est iste infirmus, quem huc deferitis?“ at illi dixerunt: „iste est Amicus, dominus vester,“ ⁶⁾ lepra percussus, qui ad vos venit rogans ut ei misereri velitis.“ mox illius servos impii verberaverunt et Amicum de curru, quo portabatur, projecerunt dicentes: „hinc cito discedite, nec amplius hoc verbum hic sit auditum, nisi vultis amittere vitam.“

1) fehlt von vero bis amiserat.

2) juxta morem B., von der übrigen Aussteuer hat er nichts.

3) fehlt von quem bis redire. — 4) Obias B.

5) Diese beiden Namen fehlen bei B.

6) noster B., dazu paßt aber das Folgende nicht.

tunc Amicus in fletum prorumpens dixit: „o deus, piissime pater, cujus universæ viæ misericordia et veritas, aut mihi mortem tribue aut misericordiæ tuæ consilium atque subsidium mihi misero porrigere digneris.“ deinde memoratis servis suis dixit: „ad limina apostolorum Petri et Pauli me miserum perducite, fortasse deus ibi sua misericordia meæ providebit miseræ.“ cumque Romam pervenissent, occurrit eis Constantinus pontifex Romanus, vir magnæ pietatis atque sanctitatis, cum multis Romanis militibus, qui Amicum de baptismi fonte susceperant et magnæ humanitatis auxilia sibi et suis sufficiens præbuerunt. post triennium vero famæ tam gravis in civitate orta est, quod etiam filium a se pater expelleret. Tunc Azones et Horatus Amico dixerunt: „domine, nosti, quam fideliter a die obitus patris tui tibi servivimus neque tuis præceptis in aliquo restitimus, nunc vero in hac terra tecum ulterius non valemus esse, aut te custodire, nisi fame cogente mortem velimus subire; unde rogamus, ut des nobis licentiam, quo possimus evadere pestem istam mortiferam.“ ¹⁾ mox Amicus prorumpens in lacrimas dixit: „o filii, non servi, o unicum mecum subsidium, per deum vos oro, ut non hic me dimittatis, sed ad domum comitis Amelii amici et socii mei me perducat.“ at illi responderunt dicentes: „semper tuis obedi-vimus præceptis et, donec poterimus, obedi-entes erimus.“ cumque festinanter perduxissent illum in urbem comitis Amelii et ante ejus curiam tabellas mortalium infirmorum tangeret, comes Amelius ut audivit, dixit cuidam servo suo: „panem et carnem accipe et romanum ciphum optimo vino imple et defer illi infirmo.“ minister vero jussu implevit et reversus dixit: „perfidem, domine, quam tibi debeo, nisi ciphum tuum tenerem, profecto crederem, illum esse, quem habet infirmus, quia ambo videntur unius pulcritudinis atque magnitudinis esse.“ comes vero dixit ei: „festina et adduc illum ad me.“ ut autem perductus est ante comitem, interrogavit, unde esset aut qualiter talem ciphum acquisisset? at ille dixit, Bericano castro se fuisse oriundum et Romæ a sanctissimo papa Deusdedit ciphum ac baptismum accepisse ibique hoc nomen habuisse. his auditis statim cognovit, illum suum esse socium, qui cum a morte retraxerat et filiam regis Francorum ei tradiderat in uxorem. projecit ergo se super illum magnas emittens voces et crebras effundens lacrimas, osculando et amplexando eum, sed et conjunx comitis cum hoc audisset, cucurrit et solutis crinibus multas super eum effudit la-

1) Der Satz von tunc bis mortis, fehlt bei B. und das Folgende ist zusammen gezogen in die Worte: tunc servis suis urgentibus inde recessit.

crimas, reducens ad memoriam, qualiter delatorem Ardericum fortiter expugnavit, post multum vero luctum in domum introduxerunt et in pretioso thoro ¹⁾ eum collocaverunt dicentes: „mane nobiscum, domine, donec anima tua egrediatur de corporis ergastulo: omnia enim nostra tua erunt et secundum voluntatis tuæ nutum fiet.“ Mansit itaque apud illos cum duobus servis suis.

(Cap. 166.) Quadam vero nocte dum comes et Amicus absente uxore in eodem jacerent thalamo, ²⁾ ecce Raphael archangelus a deo missus vocavit Amicum et dixit ei, „Amice, dormis?“ at ille existimans, quod vocasset eum Amelius, respondit: „minime dormio, sodalis carissime.“ ad quem angelus: „bene, inquit, respondisti, quia factus es socius supernorum civium, imitatus Job et Thobie patientiam, ego sum Raphael angelus domini, qui ad te missus veni, ut tuæ sanitatis medicinam tibi indicarem, quia exaudita sunt orationes tuæ. audi ergo praeceptum domini. dic Amelio comiti, ut duos filios suos interficiat et in sanguine illorum te abluit et sic recipies sanitatem.“ Cui Amicus ait: „absit, domine mi, ut propter salutem meam comes fiat homicida filiorum,“ dixitque angelus: „ita oportet fieri, quia sic praecepit dominus.“ his dictis recessit. Amelius quasi dormiens hæc audivit et perterritus Amicum interrogavit dicens: „quis tecum nunc usque locutus est?“ cui Amicus respondit: „nemo domine, sed meas preces more solito pro meis peccatis fudi ad dominum.“ comes vero ait: „non est ita, sed tecum aliquis locutus est.“ tunc surgens perrexit ad thalami ostium invenitque illud clausum et dixit: „dic mihi, frater, nocturna verba a quo tibi prolata sunt?“ tunc Amicus cepit amarissime flere et dicere: „quia me compellis, mi domine, licet invitus cum magno tremore dicam tibi rem ordine. angelus domini Raphael venit ad me et dixit mihi: Amice, hæc dicit dominus: interficiat comes Amelius duos filios suos et in illorum sanguine te abluit et sic a lepra mundaberis.“ Comes vero cum hæc audisset, commotus dixit: „o Amice, in domum meam te suscepi, servos et ancillas et omnia mea communia tibi feci, quare dolose petis et fingis

dictum esse per angelum, ut meos interficiam filios?“ mox Amicus in fletum prorumpens ait: „licet coactus gravia tibi sim locutus, tibi tamen, supplico, ut me de domo tua non expellas.“ comes respondit: „quod tibi promisi, usque in diem mortis tuæ libenter faciam, sed te adjuro per tuam fidem et nostram societatem et per baptismum, quod in eadem die Romae suscepimus, si verba hæc angelus dixit an aliquis homo tibi indicaverit.“ respondit Amicus: „sicut verum est, quod angelus mihi in hac nocte locutus est, ita deus ab hac lepra me liberet.“ tunc Amelius secreto cepit flere et sic mente revolvere: si autem regem paratus fuit ille pro me mori et ego pro illo filios meos non interficiam? si fidem usque ad mortem mihi servavit, quomodo et illi non servabo? Abraham namque per fidem salvatus est, sancti etiam per fidem vicerunt regna et veritas in evangelio ait: quaecunque vultis, ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis. Festinans itaque ad thalamum uxoris suae ivit et ad sacra mysteria audienda eam vocavit, nec mora, more solito ad ecclesiam comitissa perrexit. comes igitur mucrone arrepto ivit ad lectum, in quo requiescebant pueri, et invenit illos dormientes. et incumbens super eos amarissime fleuit dicens: „quis unquam audivit patrem sponte filios interfecisse? heu mihi, filii mei, de vobis amodo jam non ero pater sed cruentus laniator.“ et stillantibus super eos lacrimis excitati sunt. pueri vero patris faciem respicientes ridere coeperunt, quibus aetatem trium annorum jam habentibus dixit: „risus vester pro dolor in luctum convertetur, quia innocens sanguis vester in hac hora ab impio patre effundetur.“ his dictis decollavit eos. quorum cadavera cum capitibus in eodem lecto cooperta quasi dormientes reposuit et sanguine, quem collegerat, socium aspersit dicens: „domine Jesu Christe, qui fidem hominibus servare praecepisti et leprosum in verbo tuo misericorditer mundasti, hunc socium meum digneris mundare, pro cujus amore filiorum meorum sanguinem fundere non timui. Et statim mundatus est a lepra. exultantes itaque magno gaudio immensas deo gratias reddiderunt dicentes: „benedictus deus et pater domini nostri Jesu Christi, qui salvat sperantes in se.“ post hæc comes induit Amicum vestimentis suis optimis. dum vero ad sanctam ecclesiam currerent, ut et ibi gratias deo redderent, mox tintinnabula deo volente per se sonare coeperunt. quod ut populus civitatis audivit, undique admirando ad eos cucurrit. uxor quoque comitis cum utrosque pariter incedere videret, cepit quaerere, quis illorum maritus ejus esset? „indumenta, inquit, amborum cognosco, sed quis illorum sit comes, prorsus ignoro.“ cui comes ait: „ego sum Amelius et iste socius meus Amicus, qui

1) loco B. Das folgende Gespräch fehlt.

2) Die Worte von dum bis thalamo fehlen bei B. und die ganze folgende Erzählung ist in die Angabe verfürzt: ut diceret (Amicus) Amelio comiti, quatenus duos filios ejus interficeret ipsumque sanguine illorum ablueret, et sic sanitatem reciperet. Quod cum ille cum magno tremore comiti retulisset, primo quidem comes graviter accepit, memor autem beneficiorum ejus, qui se pro eo coram rege obtulerat periculo mortis, accepto mucrone ad lectum filiorum dormientium perrexit.

sanus factus est.“ at comitissa admirans ait: „illum profecto mundatum video, sed qualiter hoc factum sit, scire cupio.“ cui comes respondit: „omnipotenti deo, qui eum curare pietate sua voluit, agamus gratias et qualiter hoc factum sit, investigare minime laboremus.“ jam vero hora tertia transierat, sed nec pater nec mater ad filios intraverant.¹⁾ verumtamen crebra comes trahebat suspiria, dum mortem filiorum mente revolvebat. tunc comitissa jussit afferri pueros, ut congratularentur eis. at comes ait: „dimittite pueros placido somno requiescere.“ post hoc solus intravit thalamum, ut super filios fletet, et invenit illos in lecto ludentes, circa quorum colla cicatrices in modum filii rubei usque ad ipsorum mortem apparuerunt, et suscipiens ambos in ulnas suas comes deportavit eos ad gremium uxoris suae et dixit: „o conjunx, gaude, quia filii tui vivunt, quos jussione angeli occidi et eorum sanguine mundatus est Amicus.“ hoc audito conjunx dixit: „o comes, cur me non introduxisti, ut vasa ad sanguinem filiorum meorum colligendum tenuissem et Amicum socium tuum et dominum meum inde aspersissem?“ tunc comes ait: „cessent verba ista et deinceps dei servitio devote insistamus, quia hodie in domo nostra magna deus facere dignatus est mirabilia.“²⁾ quod usque ad exitum vitae fecerunt servando castitatem. Factum est autem gaudium magnum per decem dies in illa civitate.³⁾ eadem vero die Amici conjunx iniqua arrepta est a daemone et cadens per praecipitium expiravit. post celebrationem vero supra dictorum dierum movit Amicus contra Bericanos exercitum et tam diu obsedit eos, donec se victos reddiderunt, quos benigne suscepit, et omnem offensionis culpam eis condonavit, habitavit autem pacifice cum illis tenens secum primogenitum Amelii filium⁴⁾ et ulterius deo in timore servivit.

Textus passionis eorum.

(Cap. 169.) Factum est autem post aliquantos annos, ut Adrianus urbis Romae papa legatos suos ob defensionem Romanae ecclesiae ad Karolum regem Francorum mitteret, quia valde affligebatur a Desiderio rege Langobardorum. Erat namque tunc Karolus in loco,

